

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Aurifodina artium et scientiarum omnium

Drexel, Jeremias

[Antwerpen], 1641

Cap. IX

urn:nbn:de:bsz:31-97047

CAPVT IX.

HISTORICORVM index quā
ordinandus.

Index trigeminus, in *Lemmatā nimirum*,
in *Adversaria*, & in *Historica* faciendus,
commode chartaceo volumine unico
comprehendi potest. Nisi quis illum
malit in duos aut tres distinctos libros
dividere, & cuivis characteri liberaliter
pagellas plures assignare. Id tu, Fa-
stine, aliorumque arbitratui permitto.
Tu hoc unum maximè cura, ut titulum
seu *Lemmatibus*, seu *Adversariis*, sive *Hi-
storicis* inscribendum cum judicio forme,
id solerter considerando, quid in eare,
quam excerpturus es cardo, aut caput,
quid notius aut ignotius sit. Exempli
caussa. Excerptendum est quippam in
Historica de incredibili divinæ gratiæ in-
cremento. Tu imperite prorsus & absur-
de feceris, si hunc titulum vel ad chara-
cterē D. vel ad I. retuleris, hoc modo: *In-
crementum inbreibile divinæ gratiæ*. aut hoc
modo: *Divinæ gratiæ incredibile incrementum*.
Reftius facies atque peritus, si cum ad
elementum G. revocaris, hoc modo:
Gratia divina incredibile incrementum. In hoc
namque titulo caput rei est *Gratia*. Eo-
dein sane modo sit excerptendum istud:
*Afferem vel tabulam cavarunt genua creberi-
mè submissa*. Hanc tu historiam non ad In-
dices

dicis characterem A. nec ad C. nec ad S. vel T. sed ad G. reduces, hic enim res princeps, *Genua*. Ignosce, quod te velut bimulūm, aut trimulūm puerulum ad litteras colligendas revocem. Iam supra dixi hæc sacra aliter non constare.

Occurrit hic, quod Hispanus, vir Religiosus, memorix prodidi: Notum est inquit, *Ramirum Hispania regem* in suos proceres eò senviisse, ut quosdam illorum in campanæ circulum suspenderit; *alios* autem ad id spectaculi eo nomine evocatos, ut campanam illam admirabilem, novam viderent. Hanc historiolam quo titulo in tua Historica excerpteremus? Ego eam in elemento C. collocarem, hoc modo: *Campana mirabilis Ramiri*. Nam vox *Campana*, facilius tibi occurret quam *Ramirus*. Confirmo quod dixi: *Chærilus* poëta ster pessimus, *Alexandri Macedonis* bella describere prædenter aggressius est. Cum eo regem sic pactum ferunt, ut pro singulis bonis versibus numismate donaretur aureo, pro malis, colaphum reiperet. Placuerunt pacta conventa. Verum tot mali versus reperti sunt, ut vatum miserrimus colaphis pænè necaretur: cum è tantis vix septem versus probari possent; *Horatius* mentionem facit:

*Chærilus in cultis qui versibus & male natis
Retulit acceptos, regale numisma, Philippus a.
Tanus*

*a Horat. l. 2, epist. I, ad Angustum, propius &
rem,*

Tandem infelix apud Alexandrum capti-
vus periit inedia.

*Inclususque necem cæve patiaris, ut ille
Non proœcta conditor Historia.
Suidas & Cyril. dial. 3.*

Hanc ego historiolum meo Indici hoc
titulo commisi: *Colaphis poëta Chærili pan-
neatus.* Certe vox *Colaphis* citius memo-
riæ se fistet, quam nomen Chærili. Quod
si de virtute, de morte Punici Ducis An-
nibalis aliquid excerptendum, ad primum
elementum censeo revocandum hoc mo-
do, *Annibalis militaris virtus.* *Annibalis gene-
rosa mors.* Nomen istius ducis ignotum
nemini. Ita in mille aliis, ita in cæteris
omnibus agendum, ideo monui, titulum
rei excerptæ cum judicio formares,
illud spectando, quid in ea re magis, pri-
marium, quid notius sit. Et en exempla
paucula è meo Indice. Suprà è quinque
characteribus posui paradigmata, totidem
hic ponam. Accipe initium mugien-
tis elementi.

Majestas populi Romani in Popilio.

Mortis memoria apud Calipham.

Modestia in morte servata.

Machina Salmones regis insani.

Mithridates fulmine bis tactus, nec lesus.

Morbo numquam tentati Asclepiades, alii.

Magica fascinatio Santabareni.

Mina Saraceni regis cum sacco castanearum.

Mortis præsagia.

Mors & vita simul in Demosthenis calamo.

Musæ

Musca picta artificem monstravuit discendi cœpidum.

*Mutus pugil ex indignatione victoria sibi ab-
judicata vocem recipit.*

&c. &c.

Mithridatem fulmine ictum rectius fortassis ad fulminum miracula retulisse
sem, quia tamen Mithridatis nomen ex omni historia notissimum, errori facilis
erit venia. Nec enim hic anxie agendum:
modo excerptas, etiam si non semper con-
venientissimus Excerptis si locus. Ele-
mentū sequens hoc mihi monstrat initium.

Naufragia.

*Nubes cinerem & saxa vehens, noctemque fa-
ciens.*

Negotiorum cupiditas in Turannio.

*Narses miles optimus, inter seminas nere juf-
sus.*

Navigii loco sunt, crocodilus & delphinus.

Noctuæ neutrarum olim partium sunt.

Nuntii qua ignorarent nuntiantes.

Noctes precibus per vigilare.

Navis Raymundi pallium.

Nugandi tempus non est.

Nutriti à seris.

Neglectus rei divina quam varie punitur.

&c. &c.

*Pa sacra profanis mixta. Hi autem titu-
li, quos solum loco paradigmatis recito,
sic à me facti sunt, ut iis leviter inspectis
mox totam historiam, quam signant, in
memoriam reducant. Numquid hoc uti-*

lissimum memoriae compendium esse
fateberis?

FAVST. Fateor sane; atque jam meis
oculis plus credo, quam olim auribus.

EVLOG. Elementum sequens hoc ex-
hibet principium.

Oculorum castigatio admiranda.

Orandi studium ingens.

Origenis lacryme post lapsum.

Oblationes impiorum Deo invisa.

Oleum stillant Sanctorum ossa.

Orthyades a scribit trophyum suo sanguine;

*Olorum seniorum amor in pullos orto incen-
dio.*

*Oculos Tigranis conjux in assertorem suum
conjurit.*

*Obeliscus Thebaicus quanto molimine era-
etas.*

*Obedientia submissa, simplicis, cæca specimi-
na.*

Opum contemptus in multis quantus.

Occultissima Dei judicia.

&c. &c.

FAVST. Iam pene totus in tuas partes
transit. Est tamen etiamnum quod oppo-
nam. Sunt libri qui ejusmodi titulos co-
piosissime ingerant. Florilegia, Polyan-
thæ, Theatra. EVLOG. Responsum do
non unum; tu ea in digitos mitte. Hi li-
bri, pace illorum & venia dixerim, nimis
quam simplici, aut Græca fide agunt, le-
ctorum diu fatigant, & crebro misere
fal-

et Alii, Orthyades.

fallunt, auctores aut non nominant, aut mutilum testimonium producunt: nam neque librum, neque caput, neque paragrum, multo minus paginam notant. Quis fidat his testibus? Labores talium scriptorum neutquam sperno, sed majorem in iis accusationem desidero. II. Sit accusatior aliquis in hoc scribendi genere (nominare forsan possim, sed unicum) is tamen è certis solum & paucis auctotoribus quæ ad rem videbantur, selegit. Id autem longe gravius est, quod mihi exploratissimè constat; auctores quidem subinde ita nominantur, ut laudatum testimonium repertire possis, sed verbis longe aliis conscriptum. Ejus rei experimentum sumpsi creberimum: & tñdet hoc sapius explorare velle. Ah quoties Augustinus, aut Chrysostomus, aut alius talis nominatur, verbis eorum in medium adductis: cùm verò Augustinum, aut Chrysostomum ipsum inspicio, hem quām longè alia sunt verba Chrysostomi, longe alia Augustini, ab iis quæ liber objicit. Paulo post, ubi sermonem hodiernum finierimus, in rem præsentem te ducam, & collatis inter se libris ostendam, quantum hic fallacium sit. Longe suavius, longeque tuius ex ipso fonte bibes, tametsi parcius bibas. III. In iis, quæ dixeras, voluminibus, id plerumque minime invenies, quod maxime quæsieris. Abi modo &

scrutare tuos illos codices ; quare è proximis titulis : *Mine Saraceni regis* , *Musica picta artificem monstrat* , *Navigii loco crocodilus* , *Noctes precibus pervaigilatae* , *Oculorum castigatio* , *Offa oleum stillantia* , & infinita talia si repereris , magnus mihi eris Apollo. Obvium se dabit quidquid tu ipse exterpseris. IV. Non cujusvis marsupii est, grandiorum illam librorum molem emere An. millesimo sexcentesimo trigesimo primo. Theatrum vitæ humanæ auctius & emendatius in lucem datum est : si placet eme ; septuaginta tantum florensis vanit , quos bibliopolæ debeas , bibliopegum taceo. Hic morbus noster æge annuet emptioni , cum plerique avariores simus nummorum , quam librorum. V. In grandioribus illis voluminibus innumera sunt , quæ tibi numquam proderant , sæpè non scriptorum , sed tuo vito aut ignorantia. Nam plurima in iis quidem comprehensa , tu tamen numquam invenies , quia quo loco lateant ignorabitis. Sapientia absconsa & thesaurus invisus , quæ utilitas in utrisque & tua , & à te collecta tibi erunt utilissima , hæc enim haud difficulter recenti memoria complecteris. Trigeminos indices , quos suasi faciendo , dimidio die facilime percurses , & insuper tempus supereris aliis laboribus dandum. Sed ad numerum , quem hactenus servavimus , in hoc

A. Ecclesi. cap. 20. v. 32.

è pro-
Muſca
crocedi-
um ca-
ta talia
pollo.
ſe ex-
ſi est,
n eme-
gesimo
uctius
est: fi
orenis
biblio-
r ægre
vario-
orūm.
us in-
prode-
o vitio
is qui-
quam
gnora-
us in-
Tua,
, hac
moria
, quos
illime
erent
nume-
, in
hoc

hoc etiam tertio indice, quinque ele-
mentorū Paradigmata statuamus.

Piscina Tollandis crudelissima.

Proditio proditori pessima.

Pedibus scribens.

Telluvium Amasis.

Tomi argumentum Carthaginem evertit.

Pecunia in arca lapides et.

Tetra amantium.

Pater proicit è mœnibus boſi gladium jugu-
lando filio.

Pruna manibus allata.

Tifcis reddidit Atilano ſuum annulum.

Pecunia in plebem ſparsa; carpentum argen-
teum.

Panis mensa non illatus ſata in venatione con-
culcata tacitè reprehendit.

&c. &c.

Nec dubita inter elementi hujus titulos
comprehendi etiam istos multiplici va-
riatione: Patientia, Perſeverantia, Paupertas-
tis, Pœnitentia, Providentia divine illuſtria
ſpecimina. Sic etiam non omiſſa Pigri-
tia, Procrasſinationis, Pufſilanimitatis, Pudoris
noxiæ exempla.

Litteram mutam, & ut Quintiliano a
videtur, propemodum supervacaneam,
(Q) quia raros habet titulos, transimus.
Elementum ergo proximum, ejusque ini-
tium inspiciamus.

Rofe, aliique flores exhibiti media bieme.

Riferunt, & cantarunt in morte plures.

L 3

Rat-

a Quintil. l. 12. c. 10.

150 AVRIFODINÆ

*Radboldus impius querit societatem apudim-
feros.*

Reges non irritandi.

Regale capillitum Chrotidis.

Rapa nobile donum regi.

Res è joco nata.

Regum Hierosolymæorum coronatio.

Repentina clades tripudiantibus immisæ.

Revixerunt aliqui in rogo.

Robustissimi, Glaucus Cœstius, &c.

Risus inter lacrymas.

&c. &c.

Ita nunc etiam paradigma Indicis in Historica dedimus. Hic pono explicatos modos Leimmatum, Adversariorum, Historicorum, Oratori, Rhetori, Concionatori, Philologo cuicunque convenire. Transeamus igitur ad aliarum quoque facultatum exeras, ut constet tam Philosophiæ ac scientiarum studiosis dictam excerpti rationem profutaram.

CAPVT X.

*Qui dictis Excerpti modis Philosophus, Ma-
thematicus, Medicus, Iurisconsultus,
Theologus uti possint.*

SVNT homines semidocti perquam tenui eruditione tincti, qui historiolas aliquot in medium recitare, dictum aliquod è melioribus proferre, facetias nonnunquam & sales narratiunculæ insper-